

Angers 24 (lat)

INCIPIT IUDICIUS

Eveniens **illi** Andecavis civetate ante **illo** preposito vel reliquis hominibus, |¹ qui cum eo adherunt, interpellabat aliquo homine nomen **illo**, quasi animalia per sua menata “heos” dicere^a habuissit et ipsa **animalia**^b per sua menata aliquas mortas fuerant et ipsa pecora **illi** excorticassit posteaque^c mortas fuerunt. Interrogatum fuit ipsi **illi**, qui de hac causa respunso darit. Et ipsi **illi** taliter locutus fuit, quod nec sua animalia numquam menassit nec per sua menata ipsa animalia digere numquam habuissit nec de manus suas excorticatas numquam fuissent. Propterea visum fuit ad ipso proposito vel qui cum eo aderant, ut in noctes **tantas** aput homines **tantus** ipsi **illi** in basilica domni **illius** excusare deberit. Se hoc facere potebat, de hac causa ipsi **illi** |² conpascere debirit; sin autem non poterit, quicquid lex de tale causa edocet^d emendare stodiat.

^adicere] = (in)digere, vgl. unten: animalia digere numquam habuissit

^bipsa animalia] lies [de] ipsa animalia

^cposteaque] lies postquam

^dedocet] für et docet Fu₂

¹[fol. 152^v]

²[fol. 153^r]

